

IOANNES PASTOR ARGENTINENSIS.



Ioannes ex illustri familia baronum à Liechtenberg natus fuit. Hunc parentes bonis literis ad-dixerunt, atque doctissimis præceptoribus (ut eo tempore licebat) commendarunt. Itaque factum ut in virum eruditum abierit. Coniunxerat etiam præclarę doctrinę pietatem & uitę innocentiam. Itaque factum cum Bertholdus præfus Argentiniensis mortuus esset, ut ipse in locum eius omnium consensu substitueretur, anno millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio. Huius tempore Angli bellicosum genus hominum Alsatiam inuaserant, atque ferro & igne omnia populabantur, anno millesimo trecentesimo quinquagesimo octauo. Itaque ipsis pro sua virili restitit, & miseræ plebeculæ succurrit. Postea uero à Iohanne inferioris Alsatiæ ultimo Landgrauio, ditionem emit, atque suo Episcopatuī adiunxit. Itaque cum Ioānes eius tempore moreretur, eam ditio-nem accepit, atque sese Alsatiæ Landgrauium appellauit.